Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

successit, feudum statim ad suam originem, hoc est naturam priorem propriam reuer-titur, cum nec nomen nec naturam suam penitus in hac parte mutauerit.

Et sic in dubio ea interpretatio capienda est, ut feudum quantum fieri potest suam propriam retineat naturam, per not. in c. de feud: non habente propriam naturam feudi, Dd. in c. i. §. praterea. Quid sit Inuest. Mosm. d. cons 50. n. 17. et per supra latius adducta &c.

Inde in specie traditur, pacta naturae feudi propriae aduersantia potius per-sonalia, quam realia iudicari. Alex: cons. 86. in fin. Vol. i. Sati Natta cons. 163. n. 15. Burs. cons. 131. n. 55. & seq.

Et ob id feudum à masculo quaesitum, si ex pacto ad feminam, puta Titiam perue-nerit, eius filiam feudi incapacem esse, recte dicitur, cum pactum fale ultra primam personam respicientis non ex-tendatur ad alias personas feminini sexus, ne scilicet à contractus feudalis

natura